

343

C O D I C E S

344

489 CXXIX. *II Fo. A*
Codex membraneus lat. Sec.
XIII. Folior. 158. 4. minutius
exaratus, minio passim distinctus
et olim *Monasterii sancti Johannis*

in *Seyts* (Styriae) ordinis *cartu-
siensis* est quintum Bibliothecae
Aug. Exemplum *Aurorae Petri de
Riga*, cujus ordo non parum tur-
batus est. Incipit enim a Cantico
Cant. hoc modo:

*Doctus origenes cum doctos vicerit omnes
In libris alijs. hoc in libris salomonis
Semet transcendens &c.*

In Exemplo I. pro *Doctus* legitur
Solus, et pro *hoc in libris* rectius
tamen in libro. Puto collato utro-
que Codice rescribendum *hoc in
libro*. Clausula calcis: *Explicit li-
ber de amoris cantico. deo gratias*,
et statim fol. 18. p. 2. *Incipit li-
ber Job*. sed absque Prooemio, a
versu: *Nomine Job vir erat &c.*
Hunc excipit fol. 27. Liber *Jo-
sue*, qui, quasi praecessisset *Pen-*

tateuchus, inscriptus est: *Expli-
ciunt. V. libri moysi. incipit Jo-
sue*. Sequitur *Ruth*, et post hanc
demum fol. 31. *Incipit prologus
in pentateuco moysi. In nomine do-
mini nostri Ihesu christi*, profai-
cus scilicet ille, cujus initium:
*Frequens sodalium meorum peticio
&c.* quemque in recensione Exem-
pli I. excerpti. Initium *Geneseos*
absque aliis *παρογοις*:

Primo facta die duo. celum. terra. leguntur.

Divisa est haec juxta miniatas in-
scriptiones in IV. Libros. In
Prologo *Levitici* redundat Di-
stichon illud: *Uox autem domini
moysen vocat &c.* Vide, quae di-
xi ad Exemplum III. *Pentateuco*
continuo adscriptus est *Liber Ju-
dicum* incipiens a 5. illis Distichis,
quae ad Exemplum I. notavi.
Succedunt *Libri Regum* III. prae-
fixis itidem 5. Distichis ibi nota-
tis, quae a Codice *Trithemii* ab-
fuere; re ipsa autem sunt Libri
IV. ut testatur etiam rubrica cal-
cis: *Explicit quartus liber regum.*
Erravit itaque in eo Librarius,

quod fol. 98. p. 2. ad v. *Regna-
vit Salomon rex &c.* qui iuxta
Trithemium Librum IV. orditur,
titulum non adjecerit. Post *Re-
ges* habemus *Tobiam*, cui sub-
scriptum Tristichon de 5. Mulie-
ribus nomine *Annis*, *Danielem*,
Judith, *Esther* et *Machabaeos*.
Tandem fol. 126. absque titulo
Novum Testamentum inchoat ab
illo Prooemio: *Post legem uete-
rem respira petre &c.* de quo dic-
tum est ad Exemplum I. Narra-
tio orditur a *Luca*, cui mox
fol. 127. insertum est Carmen,
ut ibi, in laudem B. V. *Mariae*,

in-

345

HERMENEUTICI

346

in scriptum: *Allegoria de supra- Matthaeo datur:*
dictis. Passionis tamen initium

Juxta matheum domini sacra passio christi &c.

Distichon ult.

Doctrinae meae doceatis iussa. manebo
Vobiscum. donec uita sit ista manens.

Cui adjecit rubro Librarius: *Ex- plicit liber aurore.*

Hic liber est scriptus qui scripsit sit benedictus:
Larga fauore dei gratia detur ei.

Abfunt itaque ab hoc Codice *Actus Apostolorum*, variique illi *Prologi* et *Epilogi*, quos in superioribus Exemplis indicavimus; neque manus admodum correcta est. Hoc tamen non obstante et istud ad restituendam penitus *Petri de Riga Auroram* *συμβολων* suam conferre possit.

Exemplum *Aurorae Petri de Riga* five Paraphraseos metricae Bibliorum. Initium hic ducitur ab illo Prooemio: *Omnis scriptura diuinitus inspirata &c.* Sequitur illud: *Frequens sodalium meorum petitio &c.* Tum: *Incipit prologus illius (Aegidii Paris.) qui hunc librum correxit de suo supplementationes apposuit. Fraterne caritatis quasi quandam sapit dulcedinem &c.* Hactenus Prosaica. Succedunt: *Verfus cuiusdam canonici de sancto mariano antisiodor. premonstratensis ordinis.*

CXXX. VIII. q. 6

583 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 203. 4. minuto sed eleganti caractere perscriptus, rubricisque decoratus est Sextum

Stringere pauca libet bona carminis huius et ipsum &c.

Mox: *De utilitate legendi hunc librum.*

Nil homini melius quam si diuina legendo &c.

Dein:

Scire cupis lector quis codicis istius auctor &c.

Y 3

De